



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R.P. Petri Leurenii Societatis Jesu, SS. Theologiæ
Doctoris, & SS. Canonum Professoris Vicarius Episcopalis,
Sive Tractatus Quaternarius Per Quæstiones & Responsa
Canonica Deductus**

Leuren, Peter

Coloniae Agrippinae, 1708

179. An dare possit licentiam celebrandi in domo privata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74203](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74203)

ingul. 693. Felin. in c. cum omnes. de consit. n. 9. contra Decium in cit. c. cum omnes. num. 3. dicentem, videri sibi, quod huiusmodi contentus praestari possit per Vicarium, quia similis esse videtur institutioni spectanti ad Episcopum, quæ per Vicarium expediri potest.

3. Limitatur tamen responsio à Sbroz. cit. num. 4. ut Vicarius absente Episcopo sine speciali commissione consensum suum præbere possit loco Episcopi in istis casibus, in quibus statuta Capituli aut alterius Ecclesiæ requirunt consensum Episcopi. Citat pro hoc Archid. in c. Reatina. 63. dist. in fine. Decium l. cit. Jason. in l. cum filius famil. col. 1. n. 3. ff. si certum petatur. eà ratione, quia propter absentiam Episcopi confirmatur Vicarii potestas. Sbroz. num. 5. citans c. nullus. §. 1. de temp. ordinar. in 6. Felin. in c. ex parte. de consit. col. 3. post n. 1.

Quæstio 175. Num Vicarius possit interponere decretum in alienationibus minorum?

Respondeo: de hoc latis dictum ex Sbroz. l. 2. q. 159. quæst. ante hanc 3.

Quæstio 176. Num Vicarius possit sine speciali commissione præstare consensum suum in iis, in quibus Episcopo ex consuetudine vel jure aliquo speciali competit intervenire vel consentire v. g. electioni aut statuto alicui?

1. **R**espondeo negativè: Sbroz. l. 2. q. 30. num. 3. & seq. Vicarius enim habet ordinariam jurisdictionem in his solummodo, quæ competunt Episcopo jure communi, secus de iis, quæ ei competunt jure speciali ultra jus commune, illa enim non veniunt in generali mandato. Sbroz. n. 5. citatis Decio in c. quoniam. Abbas. de off. deleg. n. 15. Ruin. conf. 178. in princ. vol. 3. Roland. conf. 39. num. 17. in 1. Federic. conf. 130. circa finem. Unde etiam potestas illa supplendi in similibus consensum Episcopi non transit in Capitulum fede vacante. Sbroz. n. 3. citans Felin. in c. cum olim. de major. & obed. man. 5. cum in ijs, quæ Prælati ratione consuetudinis, maxime contra jus indultæ, vel juris specialis Capitulum fede vacante non succedit. Abb. in c. scriptum. de elect. num. 9. Glof. & Hostiens. ibidem Butrio & Cardin. in c. verum. de foro compet. & alii apud Sbroz. n. 3.

2. Limitatur responsio pariter ac præcedens, ut illum consensum Episcopi eo absente supplere possit. Sbroz. num. 13. citato Archid. in c. Reatina. dist. 63. ubi is dicat; quod si ex consuetudine in electione alicujus Prælati debet intervenire consensus Regis vel Episcopi, si contingat Regem esse extra regnum, Episcopum extra Episcopatum, sufficit habere consensum Vicarii vel locumtenentis, & qui Archidiaconum in hoc sequuntur Bald. in c. venerabilis. de consuet. Decius in c. dilecti il secundo. de appellat. n. 2. Mandos. ad reg. Cancell. de malè promotis. q. 6. n. 12. &c. Contra quam limitationem dum obijcitur, quod absentia Episcopi non ampliat Vicarii facultatem, nisi in casibus in jure expressis juxta Franc. in c. 2. de offic. Vicar. in 6. col. 3. circa finem. Ferret. conf. 327. n. 6. Federic. de Senes conf. 264. opponit Sbroz. num. 17. textum c. cum nullus. §. 1. ubi, quod potestas Vicarii ob absentiam Episcopi extenditur.

3. Quod dictum de consensu, idem de consilio dicendum, nempe quod & hoc ex jure aliquo speciali præstandum ab Episcopo, eo absente, illud præstare possit Vicarius, tradit Sbroz. n. 19. citatis Felin. & Federic. de Senes ubi ante.

P. Leuren. Vicarius Episc. Tract. 1.

Quæstio 177. An Vicarius possit præstare auctoritatem exemplo sumpto ex originali, ut efficiatur instrumentum publicum, habeatque auctoritatem eandem cum originali?

Respondeo: id eum sine speciali delegatione non posse. Ventrigl. Tom. 2. annot. 14. §. 1. num. 40. Barbof. de potest. Episc. allegat. §. 4. num. 113. citans Hostiens. Decian. in c. fin. de fide instrumentor. Pax-Jord. l. 12. tit. 1. num. 219. quamvis addat ex citato textu videri posse sumi argumentum in contrarium.

Quæstio 178. Num Vicarius consentire possit Clericis, ut litigent in alio tribunalis ecclesiastico quam suo?

1. **R**espondeo: cum Papa c. significasti. de foro competente. prohibuerit Clericis consentire in iudicium non suum absque licentia proprii Episcopi, hanc licentiam non nisi de speciali commissione Episcopi concedere potest Vicarius. Sbroz. l. 2. c. 204. num. 2. citans Pavin. de potest. Capit. fed. vac. p. 2. q. 10. num. 12. Item Pax Jord. loc. cit. num. 214. Quod si verò ageretur de Judice Laico, ne quidem ipse Episcopus concedere valeret hanc licentiam. Sbroz. l. cit. n. 3. & 4. & ex eo Pax Jord. l. cit.

2. Pari ferè modo sine speciali mandato Vicarius Episcopi Suffraganei concedere non potest, ut Metropolitanus cognoscat de negotio principali, omisso articulo appellationis ab eodem Vicario ad Metropolitanum interposita. Ventrigl. Tom. 2. Annot. 14. §. 1. num. 40. Barbof. de potest. Episc. allegat. §. 9. n. 110. Sbroz. l. 2. q. 205. dicens sic contra Vicarium Episcopi Concordiensis respondisse Ferretum conf. 307. man. 1. in 2. ubi etiam dicat esse communem DD. in c. Romana. de foro compet. in 6. & num. 3. ampliat hanc doctrinam: etiam si Vicarius Suffraganei purè detulisset appellationi. Sequitur iisdem ferè verbis hanc doctrinam Pax Jord. l. cit. n. 213.

Quæstio 179. An Vicarius dare possit licentiam celebrandi in domo privata?

Resp. affirmativè Sbroz. l. 2. c. 214. ubi non diffiteor Vicarium Episcopi dare posse licentiam celebrandi in domo, & sacra mysteria conficiendi, ut Rota decis. 88. aliàs §80. in. de refer. in antiq. Jul. Clar. in pract. crimin. §. fin. q. 79. vers. domus privatorum.

Quæstio 180. An Vicarius concedere possit repressalias?

Respondeo: id eum sine speciali mandato non posse. Pax Jord. l. c. n. 220. Barbof. de potest. Episc. allegat. §. 4. n. 14. citans Victor. in relect. de jure belli n. 41. Sylvan. conf. 34. ad finem. Sebast. Nævi ad authent. ut non fiant pignorationes. collat. §. 1. n. 4. Henriq. in sum. l. 13. c. 43. §. 5. Monet. de jurisd. p. 4. cas. 44. n. 13. Posse autem illum eas concedere ait Sbroz. l. 2. q. 165. ubi: quoniam Vicarii potestatum, qui habent merum & mixtum imperium, concedere possunt repressalias, teste Bald. in l. camte. §. sed omnino. c. ne fil. pro par. n. 4. Bertach. de Episc. p. 6. l. 4. tit. de Vicar. Episc. n. 10. putarem hoc idem Vicario Episcopi esse permissum ex mandato speciali, quia & is habet merum & mixtum imperium, & jurisdictionem. c. si quis Episcopus. 11. q. 8. ubi Gl. & c. de persona. 11. q. 1. Jason. in l. imperium. de jurisd. omn. judic. n. 18. Abb. in c. quod sedem. de off. ordinar. n. 4. & l. q.